

E G V I N A R I I

B A R O N I S I V R E

C O N S V L T I , I N

Titulum De Seruitutibus, li-

bri octauii Pandecta-

rum, Notar.

Excudebat Ioannem Girard.

M, D, XLVL



REVEREN  
DISSIMO IN CHRISTO  
patri, Ioanni Oliuario Andium Episco  
po, Eg. Baro Iurecon-  
sultus. S.



I H I L habeo, habuive vnquam se  
cundum religionem magis in votis,  
reueredissime Antistes, quam ut no  
stro tamdem seculo in legalibus hisce,  
quas colo disciplinis euoluendis atque expli  
candis, verbositas breuitati cederet, & depres  
sa paulatim inueterata iam nimium populari  
opinione, veritas emerget: quae etsi ignauæ  
multitudinis odium pariat, eminentis tamen,  
atque prouecti ingenij homines, sibi non pa  
rùm cōciliat, plenioriç obsequio demeretur.  
In hoc multa mihi olim ferenda, multa simu  
landa, dissimulandaç fuere, dum prærogati  
vas centurias primūm, deinde post bonam re  
liquarum tribuum partem, in frequētis chola  
sticorum corona ferre mihi visus sum. Tum  
criftas attollens, quidni? ( trahimur enim o  
mnes laudis studio, & optimus quisç maxim  
e gloria ducitur ) quid legum vellent auto  
res dicēdo ante oculos ponere primūm, mox  
pugnantes inter se aliorum sententias refelle  
re liberius occipio. Id quod in ælebri Pycto  
num gymnasio tantisper feci, dum à meis stu  
diosis Andegauim euocatus, & à CC. Iure

A ij

# EGVINARII BARONIS IVRECONSULTI

in titulū De Seruitutibus , lib. viij.

Pandectarum, Notæ.

## DE SERVITVTIBVS.



Andectarē, atq; adeò totum ius, duabus partitionibus explicatur. Prior à fine dupli ci iuris petita, à principio in titulum De statu hominū extēditur posterior à materia, circa quam versatur, sumpta, à dicto titulo De statu hominū, ad finem usque procedit. Illā in publicum, & priuatū partitur: <sup>a</sup> a l.i. 6 . si s. de inst. 2 iur. hac ad personas, res, vel actiones dicitur pertinere <sup>b</sup>. De personis à titulo De statu hominū, usque ad titulum De rerum diuisione: De rebus, illo titulo vnicō: De actiōibus deinceps tam extra judicialibus, quām iudicialibus, inde usque perpetuo tractatu ad finem Pandectarum disserritur. Sed & hæc postrema pars quæ de actionibus tractat, in duas parteis discedit. Altera iudiciorum præparatoria <sup>c</sup> ad magistratus, litigatoresq; pertinentia: altera principales actiones priuati, publici q; iuris <sup>d</sup> exponit. Illam, rubrica De iudiciis: hanc, finis Digestorū claudit. In qua cum de iudicijs generaliter primū: deinde pōst de inofficioſo testamento, de petitione hæreditatis directa atque utili, de speciali in rem

<sup>a</sup> l.i. 6 . si s. de inst. 2 iur.

<sup>b</sup> l.i. 5 . de stat. homi.

<sup>c</sup> l. posthum⁹.  
l.i. seq. 5. de  
inoffi. test.l.  
liberis. j. de  
lib. cau.

<sup>d</sup> l. quod plaz  
cuit.j. de ill.  
fisc.